

**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Qvo Eivsdem Philosophia, Mathesis Et Chronologia: Sive De Natura Rerum,
Ratione Temporvm., Sex Mvndi Æstatibvs, Philosophiæ Elementis; Et Alii
Vtilissimi Simvl Et Cvriosi Tractatus

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

De linguis gentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72047](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-72047)

SIMILITUDO ARCAE NOE



Arcæ Noe ē sine dubio Ecclesia typum tenuit, quia sicut illa super fluctus oceani huc atque i lu^{is} regata ferebatur, ita Eccl^{esi}a in procelloso mundo diversis tempestatibus & calamitatibus hujus seculi quatitur: & tunc in arca Noe non solum mundi, sed etiam immundissimæ animalia fuerunt (habuit enim homines, habuit & serpentes) ita & in domo magna, dicit Christi Ecclesia vasa diversa sunt alia quidem in honorem, alia in contumeliam.

BEDÆ PRESBYTERI DE LINGUIS
GENTIUM TRACTATUS.

LINGUARUM diversitas exorta est in adificatione turris post diluvium. Prusquam superbia turris illius in diversis signorum sonos, humanam dicitur societatem, una omnium nationum lingua fuit, quæ Hebreæ vocatur, quæ Patriarchæ & Prophetæ usitata non solum in sermonibus suis, verum etiam in litteris sacris. In principio autem quod gentes sunt, tot linguae fuerunt. Deinde plures gentes quædam linguae, quia ex una lingua multæ sunt gentes exorta: linguae autem dictæ in hoc loco pro verbis: quæ quia per linguam sunt genere locutionis illo, quia his efficit, per id quod efficitur, nominatur: sicut os dici solet pro verbis, sicut manus pro literis. Tres sunt autem linguae sacrae: Hebreæ, Graeca, Latina, quæ tot orbe maxime excellunt: His enim tribus linguis super crucem Domini à Pilato sive causa ejus scripta. Unde & propter obscuritatem sanctorum Scripturarum, harum tritum linguarum cognitione necessaria est, ut ad alteram recurritur, dum si quam dubitationem nominis vel interpretationis sermo unius lingue attulerit. Graeca autem lingua inter ceteras gentium clarius habetur. Est enim & Latinis & omnibus linguis conantior, coquæ vicietas in quinque partibus discernuntur. Quarum prima dicitur *Europæ*, id est, mixta sive communis, quæ omnes utuntur. Secunda, Africa est, videlicet Atheniensis, quæ ubi sunt omnes Græciae Authores. Tertia, Dorica, quam habent Aegyptii, & Syri. Quarta, Jonica. Quinta, Æolica, quæ se Adolisi locutus dixerunt, & sunt in observatione Græca lingue: sicutmodi certæ discrimina. Sermo enim eorum ita est duplex: Latinus autem linguas quatuor esse quidam dixerunt, id est, priscam, Latinam, Romanam, mixtam. Prisca est, quæ verutissimi Italæ sub Jano & Saurino sunt usi in condita, ut & habent carmina aliorum. Latina, quam sub Latino & Regibus Tuscicæ ceteræ in Latio sunt locuti. Ex qua xii. tabula sive fuerunt scriptæ. Romana, quæ post Reges exactas à populo Romano gesta est, quæ Nevius, Plautius, Ennius, Virgilius Poëtæ: & ex Oratoribus Græcius Cato & Cicero, vel ceteri effuderunt. Mixta, quæ post imperium latius promotum, simul cum moribus & hominibus in Romanam civitatem irripuit, integratatem verbi per solecismos & barbarismos corrumpens. Omnes autem Orientis gentes in gutture lingnam & verba collidunt, sicut Hebrei & Syri. Omnes mediterraneæ gentes in paleto sermones fecerunt, sicut Graci & Asiani. Omnes Occidentales verba in dentibus frangunt, sicut Itali & Hispani. Syrus & Chaldaeus vicinus Hebreæ est sermone, consonans in plerisque & literarum sono. Quidam autem arbitrantur lingua ipsam esse Chaldaeam, quia Abraham de Chaldaea fuit. Quod si hoc recipitur, quomodo in Danieli Hebrei pueri linguae quam non noverant, doceri jubentur. Omnen autem lingua unusquisque hominum, sive Græcam, sive Latinam, sive ceterarum gentium, aut audiendo potest tenere, aut legendò ex praceptore accipere. Cum autem omnium linguarum scientia difficultas sit cuiquam, nemo tam desidiosus est, ut in sua genere positus sive genti lingua inveniat. Nam quid aliud putandum est, nisi animalium brutorum deterior? Illa enim propria vocis clamorem exprimit, iste deterior, qui propriæ linguae careat notitia. Cujusmodi autem lingua locutus est Deus in principio mundi, dum diceret: Fiat lux: invenire difficile est: nondum enim erant linguae. Item quæ lingua infonuit postea exteriori bus hominum auribus. Maximum ad primum hominem loquens, vel ad Prophetas, vel dum corporaliter sonuit vox dicens Dei: Tu es filius meus dilectus. Ubi à quibusdam creditur illa lingua una & sola, quæ fuit antequam esset linguarum divisio. In diversis quippe gentibus creditur, quod èdem lingua illis Deus loquatur, quia sibi homines utuntur ab eis intelligatur. Loquitur autem Deus hominibus non per substantiam invisibilēm, sed per creaturam corporalem, per quam eriam & hominibus apparet voluit, quando locutus est. Dicit enim Apostolus: Si linguis hominum loquar & Angelorum, ubi queritur quæ lingua Angeli loquantur. Non quod Angelorum aliqua lingua sunt, sed hoc per exaggerationem & acervationem dicitur. Item queritur, quæ lingua in futurum homines loquantur: nunquam reperiatur nam dicit Apostolus: Si lingua cessabunt.

DE LINGUIS GENTIUM, FINIS.